



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis Tollenarii Brvgensis e Soc. Iesv Specvlvm  
Vanitatis Sive Ecclesiastes Solvta Ligataq. Oratione  
Dilvcidatvs**

**Tollenaer, Jean de**

**Antverpiæ, 1635**

Ecclesiastes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68633)

*Obscuro positus loco**Leni perfruar otio.*

Sed vela verto, vt ad alia stultitiæ genera, quibus eu-  
nidum redditur boni nominis vnguentum, deflectat  
oratio.

## S E C T I O T E R T I A.

## E C C L E S I A S T E S.

- VERSUS 5. Est malum quod vidi sub Sole, quasi  
per errorem egrediens à facie Principis:  
6. positum stultum in dignitate sublimi, & diui-  
tes sedere deorsum:  
7. Vidi seruos in equis: & Principes ambulantes  
super terram quasi seruos.

## M E T R I C A P A R A P H R A S I S.

Q V I S fumum decus aestimet?  
 Quis vanis pretium ponat honoribus,  
 Dum quos purpura vestijt,  
 Vita degeneris commaculat pudor?  
 Falso nomine dignitas  
 Indignos decorat. Vidi ego Principis  
 Errore exitiabili  
 Magnatum fatuos scandere culmina,  
 Et quos dedecorant probra,  
 Ornatos trabeâ ac fascibus Imperi,  
 Tristi nube supercill  
 Despectare humiles nobilium greges:  
 Dum quos diuitie beant  
 Virtutum, & Sophiæ nobilitant opes;

Ad